

24

DISSE
RAT
TIO
IN AVGVRALIS MEDICA
DE
ACTIONE ACREDINIS
IN CORPVS HUMANVM
QVA
SIMVL HYPOTHESIS CARTESIANA
REFELLITVR.

QVAM
SVMMO FAVENTE NVMINE EOQVE SOLO
PRÆS IDE
EX
DECRETO EXCELLENTISSIMÆ
FACVLTATIS MEDICÆ
IN CELEBERRIMA REGIA
QVÆ DVISBURGI CLIVORVM FLORET
ACADEMIA
PRO GRADV DOCTORATVS
SVMMISQVE
IN ARTE MEDICA HONORIBVS IMMVNITATIBVS
AC PRIVILEGIIS RITE AC LEGITIME
IMPETRANDIS
PVBLICÆ AC SOLENNI ERVDITORVM
VENTILATIONI
SVBMITTIT
JOANNES FABRICIVS
MEURSENSIS
AD DIEM II. SEPT. MDCC LV. H. L. Q. S.
DVISBURGI ad RHENVM Typis JOH. SEBAST. STRAVBE, Acad. Typogr.

DOMINI IESU CHRISTI MAGISTER
IN MONTE TIBERIO MONTE MARIAE
ACTIONIS AGREDINS
IN CORPAS HUMANUM
SANCT MICHAELIS GARTSINA
THEATRUM
SANCT VICTORI MONTE EOCCE 2010
PROCLUS DE
PROCEDEO DOMINI NOSTRI XRISTI
HAC MONTATIS MEDIE
IN CHIRURGIA REA
GAT DOMINI CONTRACT THORACIS
LEO CRADA DOCTORATA
IN VITALIDI CHONORABE MUNICIPATIA
AC PROPHETIC SANCTE AC LEXICUM
THERAPIC AC ZEPHAL MANYSTICONIA
IOHANNES TABRICIA
AD DOMINI SALVATORI ACCESSUS
DOMINI VICTORI TIBERIO TIBERIO TIBERIO

VIRIS
PERILLVSTRIBVS, ILLVSTRIBVS,
PRÆNOBILISSIMIS, DOCTISSIMIS,
CONSVLTISSIMIS

DOMINO
FRANCISC. FRID.
L. B. DE KINSKY,

TOPARCHÆ IN STEIN ET TERVOORT,
COLLEGII REGIMINIS REGII SVPREMI IN
PRINCIPATV MEVRSENSI PRÆSIDI.

DOMINO
REINH. HENRICO
VINC. BERTRAM.
L. B. DE PELDEN,

DICTO CLOVDT, TOPARCHÆ IN LAWERS-
FORT, COLLEGII REGIMINIS ET JVSTITIÆ
REGII SVPREMI IN PRINCIPATV MEVR-
SENSI RÆSIDI ALTERO.

DOMINO
WILHELMO DE LA ROQVE,

COLLEGII REGIMINIS ET JVSTITIÆ REGII
SVPREMI IN PRINCIPATV MEVRSENSI CON-
SILIARIO LONGE MERITISSIMO,

DOMINO
JOANNI ADOLPHO
HERLET,

COLLEGII REGIMINIS ET JVSTITIÆ REGII
SVPREMI IN PRINCIPATV MEVRSENSI CON-
SILIARIO LONGE MERITISSIMO,

DOMINO
FERDINANDO JOANNI
MARTIN,


COLLEGII REGIMINIS ET JVSTITIÆ REGII
SVPREMI IN PRINCIPATV MEVRSENSI CON-
SILIARIO LONGE MERITISSIMO,

PATRONIS PATRIÆ
DOMINIS, MÆCENATIBVS, FAVORIBVS,
PROMOTORIBVS SVIS VENERABILIBVS ÆSTV-
MATISSIMIS COLENDISSLIMIS

CVM SINCERO VOTO, OMNIGENÆ ET SEMPIERNÆ
PROSPERITATIS

SE SVAMQVE FORTVNAM COMMENDAT SIMVLQVE
HAS PRIMITIAS IN AVGVRales

DAT ET DEDICAT
JOANNES FABRICIVS,
MEVRSENSIS



DISSE^TRAT^IO IN AVG^VRALIS
DE
ACTIONE ACREDINIS
IN CORPVS HUMANVM
QVA SIMVL HYPOTHESIS CARTE-
SIANA REFELLITVR.

§. I.

A
cre est vocabulum cuius primaria significa-
tio sensum peculiarem linguae a nonnul-
lis degustatis ortum indigitat. Scilicet
sapor acer est, qui sensum in lingua fa-
cit, quasi aciculis hæc pungeretur. Vo-
catur etiam sapor pungens, sapor mordax. Et in genere est
sapor qui conjunctus est cum dolore & metu rosionis nam
si acredinis major gradus est, tunc exurit & papulas in lin-

A

gua

gua excitat. Vid. FERNEL, meth. med. c. 3, de saporibus. Δρυμός apud græcos idem est, quo verbo in saporibus ciborum describindis GALENVS multoties, DIOSCORIDES, THEOPHRASTVS sœpius sunt usi. Ab hac prima significatione sensim ad alia metaphorice hoc vocabulum fluxit. Dicimus acris pugna, acris febris (GALEN. ad glauc. δρυμὸς σφυρετός) acre ingenium, quod penetrat valde. Inprimis medici hoc vocabulum adoptarunt quando rem p. n. describere conantur quæ intrinseca quadam vi & spontaneo conatu fibras humani corporis vivas rodit, dissolvit cum dolore dividit. Ita GALENVS vel centies, v. gr. exulcerationum causa sape humor acer & tenuis in aph. Hipp. IV. 12. atra bilis mota a cancro exulcerato non differens tunicas intestinorum propter acrimoniam abradit ib. IV. 24. Pituita salfedinem & acrimoniam sibi jungens irritat ad dejectiones ib. VI. 33. Melancholia malignam acquirit acrimoniam ib. VI. 56. & ita in locis aliis quam plurimis. Et hæc est descriptio quædam acrimoniae ut lector norit quid sub eo vocabulo intelligamus. Rectam enim ejus definitionem non nisi inferius dare poterimus quando natum & phænomina acredinis prius ostenderimus.

§. II.

Ex iis locis quæ adduxi, & quibus multo plura possent addi, appareat GALENVM statuisse aliquam acrimoniam humerum nostrorum sœpius esse causam morbi aut symptomatis. Et ipse senex COVS non modo sœpius acredinis meminit in suis scriptis, verum in primis in decantato illo & toties transcripto loco de nat. human. testatur in homine non quatuor

tuor sed valde copiosas & diversas esse causas materiales morborum & vitae varietatum, *amarum scilicet, & salsum, & acidum, & insipidum, & acerbum, & alia sexcenta*, id est vix numerabilia. Interea etsi GALENVS ex HIPPOCRATIS autoritate & propria experientia bene noverit acrimoniam aliquando in homine morborum causam esse tamen eam potius ut symptoma quam ut causam morbi consideravit ideoque in suis institutionibus pathologicis quæ per novem secula fere pro norma medicis fuere, hoc caput prorsus omisit, causasque morborum internas solum derivavit *primo ex abundantia vel ex defectu humorum, deinde ex intemperie, scilicet ex quatuor humorum primis qualitatibus in gradu & proportione vitiatis, calore, frigore, siccitate, humiditate*; quas tamen qualitates hinc inde GALENVS ex certa acrimonia manifeste deducit dum e. gr. frigus cum aciditate coniunctum sœpe asserit & calorem cum salso, etsi hæc in transitu tantum facere videatur, nec peculiarem exinde Theoriam formet. Quibus tandem non nullas toto genere præternaturales morborum causas, ut calculos, vermes, venena addebat. Unde effectum est ut recentioribus temporibus medici pathologiae Galenicæ diversa nova capita de morbis & corum causis inserere cogerentur inter quæ erat etiam hoc de acredine. Namque in pathologica doctrina GALENVS nil vel certe superficialiter tantum theorematum proposuerat de laxitate & rigiditate partium solidarum, quæ nobis ex methodicis restituerunt FERNELIVS, BAGLIVIUS & PACCHIONVS; item de spissitudine & tenuitate humorum, quam HELMONTIVS, & BONTEKOE, & STAHLIVS, imprimis explicuere; porro de motu solo humorum perverso

A 2

fine

sine materie aut temperiei vito, quæ tota HARVEIANIS inventis nititur; tandem de acrimonia humorum quam doctrinam BATAVI & GERMANI addiderunt. De qua posteriori licet mihi paulisper excurrere in historiam medicam, & indicare quomodo successive hoc vocabulum in scholas nostras fuerit ingressum, quosque vel fautores vel adversarios habuerit. Ubi tamen præcipua tantum momenta brevitati studens adducere animus est.

ORTVS ET PROGRESSVS DOCTRINAE DE ACRIMONIA.

§. III.

HIPOCRATEM atque GALENVM de acri heterogeneo in humoribus nostris aliquando cogitasse, priori commate indicavi. Quum autem ex sola intemperie posteriores medici omnes morbos deducerent, primus insurrexit THEOPHRASTVS PARACELSVS docuitque non in qualitate sed in materie vitiata morborum causas hærere. Hic semen aliquod materiale statuit morborum atque de horum origine ex tribus substantiis, sale, sulphure, mercurio integros libros scripsit; hic de morbis metallicis originis, & in primis de morbis salium nativorum & artificium de corrosivis ut inepta multa ita non pauca dixit vera. Nam recte observavit quod qualitates corporum mutatae præsupponant mutationem in corporibus ipsis, ideoque non qualitates sed materiem mutantam esse læsionis in morbis fontem. Nemini inquit, melius comparari medicus potest qui naturæ viribus ex complexionibus (id est qualitatibus Galenicis) medetur, quam extinguenti flamman ignis, prunis ardentibus relictis, in lib. de vit. long. &

com-

complexiones sunt vestimenta naturæ & eam ornant medico
haud quamquam examinandæ de orig. morb. L. I. c. 4. Hic
PARACELSVS doctrinæ de acrimonia humorum Autor est ve-
rus etiamsi eo nomine vix fuerit usus, de corrosivis potius lo-
quens. Paulo post eum ii medici qui scorbutum nascentem,
aut ad minimum se diffundetem viderunt, de aliquo acri
peregrino sale in corporibus hominum nidulante clarissim
cogitare cœperunt, hi enim cordati viri quum cernerent hujus
novi tum habiti morbi symptomata neque ex copia neque
ex intemperie humorum Galenicorum explicari posse, imo
curam ejus secundum Galenicas regulas institutam minime
succedere, cœperunt de ejus natura serio cogitare & specifi-
ficam aliquam acrimoniam humoribus conceptam ejus esse
causam, & ea sola domata eum morbum curari, theoretice
& practice didicerunt. Hosque primos de tali novo patho-
logiæ capite formasse ideam, intelligit quicunque eruditissi-
ma & aurea opera FORESTI, FERNELII, EVGALENI, WIERI,
BRVCAEI, SENNERTI, & aliorum ejus ætatis evolvere non dedi-
gnabitur. Accedebat quod eadem tempestate plures morbi
antea non satis noti aut plane novi, ut lues venerea, rhachitis
rheumatismus verus, febris petechialis, incepérint graffari, quo-
rum signa & medela theoriam acredinis confirmabant. Suc-
cessive cognoscebant quod etiam alii morbi, hactenus ex quali-
tibus laesis explicati multo probabilius & evidentius ex ma-
terialibus revera existentibus causis deducerentur. Quorum
sapientium virorum vestigiis nixus JO. BAPTISTA HELMONTIVS
audebat scholarum qualitates ridendo novam de falsoidine
partim acida partim alkalina theoriam proponere, ideoque

duplicem & sibi oppositam salinam acrimoniam primus in scholas medicorum inducere, quam tamen sententiam, ut erat magnus homo, sed insolens & ad destruendum aptior fere quam ad ædificandum ita exaggeravit, ut ipsam vitæ & omnis morbi rationem, spretis cunctis causis reliquis, inde deduxerit, quare nisi prudentiores se ipso asseclas esset natus, ejus doctrina dudum interiisset, quia omne nimium in vitium facile vertitur. HELMONTIVM excipiebat OTTO TACHENIVS, vir ut minime indoctus ita audax & in fingendo impudentior scripsit tractatum minime spernendum, *Hippocraticæ medicinae clavem*, in quo demonstrare satagebat ignem & aquam ab HIPOCRATE toties ut elementa corporum memoratas nil aliud esse nisi acidum & alcali, suamque hanc hypothesin curiosis hinc inde argumentis ad aliquam evehet speciem verisimilitudinis.

§. IV.

In primis autem FRANCISCVS DE LE BOE SYLVIVS celeberrimus superioris seculi medicus, multorumque communis preceptor institutionibus pathologicis hoc de acrimonia caput primus aperte inseruit, imo saepe in suis scriptis sibi multum, suppresso HELMONTII nomine, de hac inventione gratulatur. Ita v. gr. *Prax. med. app. I. de morb. infant.* c. 5. §. 57. multi inquit, non attendunt ad peccantis acris correctionem, quia confusa hactenus fuit apud medicos acrium notitia & doctrina, uno acrimoniæ nomine dunitaxat ipsis noto; jam tamen duplice ac quidem sibi contrario acri volentibus sapere, a me patefacto, & aliquot annis jam plurimorum experientiis

rientiis confirmato, attenditur magis ad utriusque acris vim
& correctionem, id. ibid. c. 8. §. 13. qui hactenus, ait, illu-
stratam habet mentem, novitque si non ex veterum recentio-
rumque monumentis, saltem me præcente per experientiam,
(quam dolent dubio procul adversarii mei me primum forte no-
tasse ac medicis nostris aperuisse,) duo esse in natura acria, sibi
subcontraria, &c. Patet autem ex his & aliis ejusdem viri
dictis quod non invitus voluerit hærefiarcha haberri, quod
igitur non inviti largiamur, præsertim quia paulo post eum
plerique non modo systematici scriptores in primis ETTMVL-
LERSVS, WEDELIVS, WALDSCHMIDIVS, BOERHAVIVS, doctrinam
de acrimonia adoptarunt, et si eam divisionem quam Sylvius
dederat non usquequaque omnes admiserint, pro suo quis-
que ingenio alias distinctiones addentes, verum etiam pra-
etici morborum plurium sibi novas ex hac theoria forma-
bunt ideas, inter quas unum sufficiat adduxisse (nam mul-
tos minus claros quid attineret nominasse,) SIMONEM PAULI,
quia hic revera post Sylvium ad primarios observatores sali-
næ acrimoniæ pertinet, in tractatu de febribus malignis, ubi
solum salfum hominem afficere, l. c. §. 9. asserit & ex solo fal-
so exaltato id est, acriori, reddito petechias, variohas, morbil-
los, arthritidem, rheumatismum vagum, contagiosos, quoqvis
morbos dedit.

§. V.

Neque hic substituit hæc acredinis theoria, verum eo
tempore quo hæc inter dogmata medica reciperetur, etiam
invalescebat mos ut in scholis medicis omnia deberent me-
chanice

chanice explicari. Namque magno nostræ artis commodo paulo ante HARVÆS circulum sanguinis invenerat, qui cum legibus hydraulicis & hydrostaticis exacte satis conveniret ut motus sanguinis in suis vasis secundum communes humorum in canalibus vectorum regulas possit æstimari, tanto invento freti medici audebant corpus humanum machinam appellare, fortunatoque successu plus quam par erat (est enim hoc vitium humanæ gentis quod nimium fidat rebus secundis, & in adversis se submittat dolori,) elati putabant nil in corpore vivo superesse quod non ex similibus motionum regulis mechanice possit explicari. Alebat etiam hanc spem CARTESIANÆ philosophiae exoriens lux quæ leges motuum generales & mechanicas vires longe illustritus quam ulla adhuc orbis seculo factum erat, exponebat, promittebatque futurum esse, ut ingenium humanum in cuncta creationis & præcipue humani corporis mysteria penetraret, quæ promissio quam fuerit vana, quamque sint fallacia ratiocinia hominum quando varietatem naturæ ex eodem (& eo non primo,) principio metiri volunt, posteriores curæ & sera sapientia docuere. Et CARTESIVS quidem, vir originarii ingenii, dubitator castus, fidus Geometra inter veritates certas & inter hypothesos suas semper distinguere solitus eaque propter in conjecturis proponendis moderatus admodum fuit. Medici autem sectatores (nam de aliis disciplinis quæ Cartesianam philosophiam adoptaverunt non judico,) Cartesium satis dubitasse rati, dabant se totos decisioræ demonstrationi, arque sic etiam de actione acriū corporiculorum hypothesin male excogitatam venditabant pro vera.

§. VI.

§. VI.

Animatvertentes enim quod acria non modo dolorem facerent, verum etiam si vehementiora essent, findere & erodere carnes, & eum sere sensum & effectum edere soleant, quem aculeus corpori ab extra infixus, inde concludebant etiam *acria corpuscula aculeos esse*, id est, corpuscula pyramidalia vel cuneiformia, ex latiori basi sensim in acumen vel in aciem terminata. Quum igitur inter quinque potentias mechanicas, vectem, trochleam, axin in peritrochio, cochleam & cuneum, solus hic postremus cuneus esset cum quo aculeus posset comparari, inde concluserunt *quod acridinis natura & actio debeat explicari ex natura & actione cunei*. Ut etiam, quum plura dentur acria in sua actione differentia haec diversitas ex cuneo explicabilis esset, sibi sunt imaginati varios cuneorum ordines, simplices, duplices, ancipes, trigonos, polygonos, acutiores, obtusiores, maiores, minores, nudos, invaginatos, integros, fractos, compositos cum aliis machinulis complicatos. Vis qua haec cunei imprimerentur vel intruderentur intra fibras sensiles erat illis varia, cursus scilicet sanguinis, ut quilibet globulus maleum representaret; dein actio solidarum partium in se invicem: tandem vis externa. Quumque animatverterent acria non in singulis corporis partibus eundem edere effectum, statuerunt in singulis partibus esse definitae figurae & magnitudinis poros quorum hic unum acre transmittenret, alter retardaret tertius omnino interciperet, & sic porro.

B

Ita

Ita ut ex spiculis, ex poris & motu omnis hæc apud eos doctrina explicaretur.

§. VII.

Operam ut molestam ita superfluam luderem si ea quæ paragrapho superiori asserui, multis testimoniis corroborare vellem, quia libri Cartesiorum sunt in omnium manibus. Ipse CARTESIVS Cœtris præluxit dum in libro de meteoris p. m. 159. aquæ particulas minimas longas glabras & flexiles instar anguillarum tribuit; sali autem in genere particulas aquæ quo ad figuram similes sed grossiores & rigidas; in specie sali communis tales quæ utrinque cuspidatae sunt; nitro alias quæ in alterutero fine sint acuminatores; simulque ponit salia per vim ignei motus cuspides suas attenerere, ideoque acutiores fieri posse; in spiritu vini esse particulas quo ad figuram similes aquæ sed flexiliores. Ex quibus principiis etiam sapores deducit idem tract. de homin. art. 32. Qui CARTESIVM sequuntur ultra etiam progressi sunt, ita ex Anglis notus est præcipue WILLISIVS, vir de arte nostra summe meritus, sed in his cimicis elaborandis & fingendis ad ineptias usque ingeniosus. Omnia ejus scripta globulis & spiculis plena sunt. Legatur in primis de *anima Brutorum* p. I. c. 12. ubi diversos sapores linguae impressos ex talibus derivat figuris; saporem *acrem proprie dictum* ex particulis teretibus, aculeatis similibus aculeorum urticæ; saporem *amarum* ex aculeis furcatis, quæ tantum superficie tenus fodant; saporem *salsum* ex lamellis vitro contuso similibus; sapo-

saporem *acidum* ex corpusculis tetraedricis, cuspide tereti quidem, corpore autem instar cunei in majorem molem terminato, ut non modo pungere sed etiam propter maiores foveas comprimere partes, ideoque adstrictionis sensum simul excitare queant; saporem *austerum* ex hamulis; saporem *acerbum* ex hamulis etiam sed hebetibus, & magis obtusis; saporem *dulcem* ex aculeis sed mollibus & flexibilibus; saporem *unctuosum* ex globulis lævibus; *insipidum* ex corporibus crassioribus glabris. Similiter inter Gallos rationati sunt HENRICVS REGIVS in fund. phys. de quo viro passim queritur CARTESIVS quod non exacte proposuerat sua principia; dein ANTONIVS LE GRAND in INSTITUTIONIBVS PHILOSOPHICIS; porto HORATIVS FABRI qui Aristotelem & Cartesium conjungere conabatur & figurarum mirus fuit artifex. Horum autem virorum dogmata quum Wilfianis se-re sint similia, nisi quod in figuris specifice determinandis quilibet pro ingenio aliter ludat nunc recensere nimis longum & extra scopum, & parum necesse erit quia sèpissime ab aliis exscripta sunt & hinc inde nota.

§. VIII.

Paulo ulterius autem progressus & altius sibi sapere vi-sus est LAVRENTIVS BELLINI in tract. DE GYSTVS ORGANO, ubi particularum minimarum salis figuræ non ex ingenio ut Prædecessores sed ex observatione determinare annis est. Constat enim quod salia si in majores glebas lenta attractio-

ne concrescant, crystallos forment, id est glebas figuratas, ejusdem constanter figuræ in eodem genere salis, ex determinato numero superficierum & angulorum compositas. Quum igitur quodlibet salis genus eandem crystallum constanter generaret, conclusit particulas etiam minimas & indivisibiles ejusdem salis similem crystallum esse, majori per omnia similem. Quare non modo salium mineralium notas figuras, verum etiam salium ex herbis extractorum multas pulchras descriptiones secundum icones per microscopeum deliniatas dedit L. I. Cap. 5. Edit. Leid. p. 80. quamlibetve talem figuram esse causam peculiaris in ea herba saporis conclusit, nec aliud inditum salibus esse quo gustatum movere queant præter figurarum diversitatem & motum vide in primis l. c. cap. 7. ubi simul non saporis modo, verum etiam alias actiones tam ad vitæ conservationem quam ad ejusdem corruptionem tendentes id est acrimoniae diversas species ex simili figurarum constitutione dependere affirmat. Objectionem quod harum salinarum crystallorum varii sint anguli, non sibi similes (dum v. gr. in una crystallo nitri angulus solidus qui pyramidem utrinque terminat est acutior, quam unus ex illis qui pyramidis basin cum prismatis basi jungunt) ideoquè unam eandemque crystallum pro diversa applicatione laterum suorum diversum saporem debere efficerre, quod tamen experientia refrageretur, ita BELLINVS dicit, esse inquiens etiam in cute linguae poros diversos, qui talem crystallulum non nisi ex uno latere, ex omnibus reliquis

quis excluderent. Ideoque saporem in respectu ad linguæ receptivitatem in quolibet sale non nisi unum esse debere. Amplius ipse BELLINVS de his legi potest cuius theoria tota iterum super spiculis & poris est fundata nec diversa a Cartesianorum doctrina, nisi quatenus hi ex solo ingenio, ille autem ex quadam observatione (licet falso applicata) figuras particularum salinarum determinarint. Bellinianis omnino similes salium herbaceorum figuræ etiam pinxit LEUVENHOECKIVS, eandemque de hac figura & causa differentis saporis sententiam fovet in *Obser. de figuris Salium p. m. 129.* ut incertum an *Bellinus* ex *Leuvenhaeckio* aut hic ex illo, vel uterque per se hanc opinionem conceperit. Erit autem post hoc occasio hanc *Bellini* quoque sententiam solide refutandi.

§. IX.

Quæ haec tenus (§. 7. 8.) de saporis acrioris natura ex Cartelii & Bellini placitis proposita fuere, ea etiam de *acredine* qualibet præternaturali in cunctis vel aliquibus partibus corporis hærente a medicis Cartesianis simili modo statuuntur. Provoco ad WILLISIVM, SYLIVM, WALDSCHMIDIVM, DOLÆVM, ETTMULLERVM, FASCHIVM, BLANCARDVM, REGIVM, FRANCISCVM CARIVM, & omnes practicos medicos Cartesianos, quorum numerus major est quam ut harum pagellarum scopus eos recensere permittat. Videatur in primis WALDSCHMIDIUS in suo medico *Cartesiano* & *Chirurgo Cartesiano* passimque in reliquis suis operibus. Ut autem unum

ad minimum exemplum adducam ejusmodi ratiocinii audi-
ciamus si placet FASCHIVM, Jenensem Professorem in *diff. de*
intemperie morborum fecunda matre, habita 1687. qui post-
quam docuerat revera dari aliquando in C. H. acrimoniam
& eam semper a salibus esse, ita se exprimit. §. 5. "Salia
sunt corporum partes scindentes, pungentes, ferrarum in-
star dividentes, aculeis acutis, undique obsestæ, corticibus
terrestribus involutæ pro quarum dispositione suas actiones
instituant, consistentes in imminutione, exaltatione, & al-
teratione." Et paulo post ubi Autor oblitus erat aculeos
non ex trochlea aut veste, sed ex cuneo explicari debere di-
cit. "Ib. p. 11. In corpore humano spiritum aliquem sub-
tilem esse motorem, spiritus (crassiores) & salia esse rotas
& pistilla, aquam esse vehiculum terram remorem consti-
tuere in machina nostra.

§. X.

Utcunque tollerabilis fuisset hæc Cartesianorum theo-
ria, si in solis medicinæ speculativis partibus eam adhibui-
fent verum in therapia & regulis practicis, & in medicamen-
torum actione explicanda dum applicata fuit, non potuit
non serias cordatorum animatversiones incurtere. Omnis
theoriæ certissimum criterium semper est applicatio ad pra-
xin, & per hujus applicationis incommoditatem appetit illius
falsitas. Est autem concoctu difficile quando legimus
apud JACOBVM FRANCISCVM VICARIVM, *de intemperato Hip-*
pocrat-

pocratis, qui figuras a credinum a WILLISIO excogitatas as-
sumit, mechanicam his figuris medendi methodum quæ
profecto impossibilis est, quomodo enim spiculorum tam te-
nuium, ut nullus oculus ea videre unquam posset tractatio
& mutatio mechanica fieri posset? L. III. c. III. §. 3. ita v.
gr. præcipit. I. c. No. 1. in intemperato amaro particularum
furcatarum aculeos esse infringendos, obliniendos, demul-
cendos; (& quomodo aculeus demulciri posset) invertendos,
angulos disruptos restituendos & in naturalem esse re-
digendos statum; & ib. No. 2. acidi particulas utrinque acu-
minatas esse inflectendas ut acuties tolleatur; & ib. No. 3.
falsum serosum acre in suis spiculis esse obtundendum simul
spirituum acrius in pingentium motum esse refrænandum, &
sic porro in aliis. Quis est qui ferre queat WAL SCHMIDIVM,
in diff. de veneni pestilentis & alexipharmacorum natura, af-
ferentem, §. 22. quod acetum ideo antipestentiale, quia
spiculis suis intret in partes sanguinis crassiores, eaque sibi
firnius affigat, ut acre pestilens his ita unitis particulis al-
lisum suum aculeum frangat, nec massam humorum turba-
re queat. Qui plura hujus commatis exempla desiderat is
sibi satisfaciet abunde si libros medicorum Cartesianorum
perlustrare voluerit, in primis THOMAM WILLISIVM, quibus
Lemryanus cursus chymicus non incommodè jungetur.

§. XI.

Per ejusmodi lapsus effectum est ut haec a credinis theo-
ria multis prudentibus viris displiceret, qui suum dissensum

publi-

publicis etiam scriptis dissimulare non potuere quorum tamen alii ipsam acredinis existentiam negarunt, alii acredinem in genere concedentes Sylvianæ modo distinctioni in acidum & alcali se opposuerunt; alii his relictis solam explicationem acredinis Cartesianam explosere. Inter quos eminet SENNERTVS, qui in tract. de consensu & dissenso Galeniconrum & Chemicorum placita Galenicæ intemperiei contra acredinem salinam chimicorum modeste defendit; BOHNIVS in eleganti tract. de insufficiencia acidi & alcali; PITCAIRNE de opera quam præstant acida & alcalica in curatione morborum; STAHLIVS, in programmata de pathologia falsa sed falsa. G. W. WEDELIVS, autem & FRIDERICVS HOFFMANNVS, concedentes dari acre in C. H. ab omni tamen hypothesi abstinebunt, quod in primis in FRIDERICO HOFFMANNO, laudandum qui in fastis operibus suis (nisi forte in primæ juventutis dissertationiculis hinc inde verbulum exciderit,) spiculorum & figurarum aut pororum nunquam meminit, etiamsi mechanicae Medicinæ addictum publice ubique sit professus.

§. XII.

Pro parte autem huic hypothesi inhæsit HERMANNVS BOERHAVE nisi, quod a prædecessorum placitis in eo abeat, quod non salia sola, sed etiam olea, & ex his mixta corpora acria esse posse statuat, dum insit. med. §. 725. naturam acredinis expositurus, peccat inquit, particula humoris sua figura tum in primis, quando a natura sphaerica recedens angulosam

losam acutam induit; hinc motum suum integrum parvæ parti applicans acris fit. recessus hi varii sunt, sed commodissime revocantur ad acrimoniam, 1) mere mechanicam, ubi omnibus iisdem manentibus sola figura in angulos solidos acutos componitur, 2) salinam, 3) oleosam, 4) saponaceam, 5) acrimoniā ex his quatuor compositam. Similiter §. 1118. operationes ultimas causarum morbosarum & medicaminum iis opponendorum similes esse operationibus quibusdam chirurgicis asserit idem vir summus.

§. XIII.

Eandem sententiam amplius in discursu explicituit venerabilis BOERHAVIVS, quem nobis per illustris HALLERI diligentia in *commentariis Boerhavianis* ad §. 725. conservavit, cuius discursus præcipua momenta rem illustrantia sunt haec: 1) figuram sphæricam omnibus nostris humoribus naturalibus competere, 2) sphæras inter omnes alias figuras quam minimum cohærere, 3) in sanguine recenti ex vena missō tamen præter globulos etiam spicula longa salina per microscopeum conspicī (quam observationem LEVVENHOECKIVS habet) 4) solam figuram saepe læsionis esse caufam, ex eadem enim massa chalybis & globulum & lanceolam pro artificis voluntate fieri, quorum ille manu agitatis nullam noxam inferat, hic manū transfodiat; 5) quo minores sunt inclinationum anguli in cuneis, eo majorem esse eorum penetrabilitatem, quod & geometricè demonstrari potest; 6) corpus acutum

acutum omnem suam vim quam habet, uni corporis nostri puncto vel parvo spatio adplicare, quum idem corpus acutum si ejus latus planum corpori applicatur, multa simul puncta adficiat, & inpetus ejus dividi per numerum punctorum quæ feriuntur (ideoque ex hac figura spiculi vel cunei per quam omnis vis in uno puncto vel una linea concentrari potest, omnem vim acredinis explicabilem esse,) 7) quo densius est corpus id est quo specificè gravius, eo majorem vim acquirere posse, ideoque aculeum ex densa, gravi materie confectum plus laedere quam alium rariorem, ideoque metallica salia acriora reliquis esse. 8) Quo rigidior aculeus & flexionis minus capax eo plus ejus vires in alterum corpus transire; (quia scilicet in corpore molli pars virium ad figuræ mutationem impeditur & in eo quasi suffocatur ut ex regulis motus patet,) 9) Igitur ad acrimoniam requiri subtilitatem, acutam figuram, densitatem & rigiditatem, quumque constet salia habere has proprietates, nempe figuram acutam, massam vel gravitatem sufficientem & rigiditatem, & subtilitatem, inde sequi salia esse corpora acria; 10) Olea autem ex sphærulis quidem componi, sed has per ignem acui, & olia in sales mutari. 11) Dari saponaceam acrimoniam ex oleis & salibus compositam, quæ in animalibus & vegetabilibus venenis obseruetur, quæ omnia genera mutationum in motu corporis nostri subito possit efficere; hanc vero acrimoniam mechanicam esse non posse, sed ita mirabilem videri, ut nesciat BOERHAVIUS quid de ea docere
opor-

oporteat; nam homini si lepidum v. gr. mandat os inflammari, anginam, vomitum & cardialgiā nasci, quum minima eruce (& alia etiam animalia) hanc adeo acrem herbam depascantur neque sentiant illam acrimoniam; item cicutam aquaticam Gesneri non ingrati saporis esse, sed dirum tege-re venenum, doloresque & tormenta mirifica excitare.

S. XIV.

Quam sententiam Ill. BOERHAVE etiam ulterius expli-cuit, & geometrice annis est demonstrare in eo discursu quem de viribus medicamentorum recitavit, quiq[ue] inscio & invito auctore, multis mendis conspersus ab ejus auditoribus publici juris factus, deinde aliquoties editus sub titulo *tractatus de viribus medicamentorum* in cuius capite quinto agit de *acribus*. In ea autem demonstratione 1) nonnulla theoremat̄a geometrica gratis assumuntur vel ad casum præ-sentem perverse applicantur; 2) quædam phænomena supponuntur quæ experientiæ contraria; 3) nonnullæ hypotheseſ assumuntur, quæ vel repugnant ordini naturæ vel non sunt satis universales ut ex iis cuncta a creditis phænomena explicari possint. Quare ea demonstratio est ita comparata ut non sit probabile ea unquam a Beato Auctore sic propositam esse qualis ab ejus auditoribus excepta. Mihi vero incumbit, ut quæ modo dixi, probem. Ne autem cogar unam eādemque rem bis vel ter repetere, antequam ad consutatio-nem hypotheseos hujus Cartesianæ & ejus demonstrationis,

C 2

quam

quam BOERHAVIO auditores sui adtribuerunt, me accingam,
præmitam theorematum necessaria, ex quibus vera acredinis
actio positi cognosci, & falsitas argui hypotheseos Catesianæ.

THEOREMATA DE ACRIVM NATVRA ET ACTIONE.

S. XV.

Theorema I. *In corpore humano acredito non modo possi-
bilis est, sed sepe revera existit.* Hoc probatur per experien-
tiā multiplicem & firmissimam. *Oleum enim vitrioli ma-
nū exterius infusum, hanc irritat & erodit;* idem linguae,
faucibus, ventriculo, venis infusum similimos effectus ha-
bet. *Cantharides cuti externae si applicantur hanc stimulant,*
vellunt, exedunt, similesque effectus edunt si intus assumentur.
*Ejusdem, thymali, Euphorbii succus externam cutim, na-
res, fauces, cesophagum & reliquas partes confellit, inflam-
mat, erodit.* *Bilis per admixtum acidum viridescens chole-
ram facit, fauces exurit & intestina.* *Luis venereæ venenum*
in eo loco cui primo applicatur primos excitat acredinis effec-
tus, dein sensim ad alias partes serpit. Plura exempla non
opus nunc est adducere. Signum autem generale acrimoniam a
BOERHAVIO recte ponitur esse dolor & erosis sine signis aucti-
motus, institut. med. 911. quare ubi in morbis tale nobis
occurrit signum, ad acrimoniam præsentem recte conclu-
dimus.

S. XVI.

do ciborum non omnes. §. XVI.

Theorema II. *Acrimonie in corpore animali vivo triplex in primis effectus observatur, 1) solutio continua vel erosio 2) dolor, 3) spasmus.* Ita oleum vitrioli adfusum parti musculosa aut membranae vivae, ibi manifeste producit solutionem continua, dein dolorem, tum tremulum nervorum motum. Ita venenum variolarum in vasis minimis sanguiferis hærens facit abscessum, dolorem & febrim. Abscessus autem ad solutiones continua, & febrim ad spasmos referre debere est notum. Reliqui effectus acridinis, pro diversitate partis & modo applicationis varii quidem, sed omnes secundarii sunt, & ex his tribus ut fontibus suis oriuntur. Nam v. gr. inflammatio, cathartis, diuresis, sternutatio, nausea, vomitus, debilitas, haemorrhagia, febris, & similia acrimonie accedentia vel ex solutione continua, vel ex dolore, vel ex spasmo possunt singula explicari.

§. XVII.

Theorema III. *Inter tres notatos acrimonie effectus (§. 16.) sola ea solutio continua quæ erosio vocatur, ex acridinis actione pendet, binæ autem reliquæ, spasmos ac dolor non ex acridinis actione, sed ex fibrarum vitali reactione oriuntur.* Nam si fibræ & solidæ partes hac vitali reactione carent, tunc acria solam erosionem præstant, sine dolore & sine spastico. Ita oleum vitrioli, & essentia Euphorbiae & succus thymali & simila acria si epidermidi superficialiter adfricantur, aut si adfundantur ossibus nudis & a carne & periostio separatis,

tunc erodunt sine dolore & sine spasmo, non profecto ob acrimonie absentiam, sed propter harum partium quæ sine sensu & motu irritabili vitali sunt, peculiarem dispositionem. Unde etiam pro partium differenti reactione alii ejusdem acridinis effectus fiunt in membranis quam in musculis aut visceribus. Hoc theorema notandum est contra assertum BOERHAVII dicentis in *tr. de viribus medicam.* quod acre non agat in cadaver. Ut etiam hoc verum est ratione doloris & spasmi, quia cadaver vitaliter non reagit, ita falsum est ratione erosionis, nam ferrum candens, & oleum vitrioli, & lixivium alcalicum & permulta alia exurunt & erodunt cader ver cui applicantur.

Quum igitur ea species solutionis continui quam erofionem vocamus, sit primarius acrimonie effectus, ex ejus natura pendens, necesse est, hanc bene determinare quomodo a reliquis speciebus solutionis continui differat ut acrum actio intelligatur.

§. XVIII.

Theorema IV. *Acre erosionem suam efficit, continuaque solutionem præstut nunquam per impulsum externe advenientem, sed per internum aliquem conatum, scilicet per cohesionem & attractionem particularum minimarum.* Hoc theorema nnum ex principalibus est, certissimis phænominis nixum, quo *acre* differt ab omni *acuto* corpore, & ab omni cuneo & aculeo & spiculo. Hoc theoremate vel solo tota hypothesis *CARTESIANA* jugulatur. *Acutum enim corpus dividere* quidem alia corpora potest, & in iis continui solutionem efficere,

ficere, sed non nisi impulsu externo (id est, qui non in ipso acuto corpore est:) accidente, hoc impulsu autem deficiente nullum acutum corpus in alia corpora penetrat. *Acre* autem corpus ingreditur in partes & eas dividit per vim ei acri insitam & internam, sine accessione exterioris conatus aut impulsus. Nam scalpellum aut acus quam in manu quietam teneo nunquam laedit me nisi vis fuerit externa, aut ipsius manus agitatio, quae scalpellum aut acum in cutim & carnes impellat; nec unquam cuneus aut clavus in ligna intrat nisi per malleum adigatur. Carbo autem ignitus & oleum vitrioli, aut cantharidum resina, aut thitymali succus si cuti externe aut internae oris, linguae, intestinorum glandularum, viscerum, applicantur, mox adhaerent fibris fortissime & eas penetrant, eas eridunt propria virtute sive motore extraneo. Nam v. gr. non est necesse ut olei vitriolici partes intrudantur ab extra in carnes, nec opus habent percussione aut pressione aut inpetto, sed sponte & libere in cutim intrant & recipiuntur. Quare ad acredinis actionem non necessario requiritur figura cunei vel aculei, quippe quae dissolvere partes non potest nisi vis externa accedat, eaque agat in ejus cunei basin secundam axeos directionem; sed potius ad actionem acrum requiritur figura in minimis particulis talis quae apta sit ad motum intestinum. Profecto non demonstrari potest quod particulæ aquæ frigidæ habent aliam figuram quam particulæ ejusdem aquæ ferventis, illæ tamen satis innoxiae, hæ acerrimæ existunt. Id vero certissimum est quod in aqua frigida motus parti-

partium intestinum sit lenis, in fervida celerrimus. Alia exempla hoc confirmantia postea habebimus.

§. XIX.

Theorema V. *Nullum corpus est acre nisi sit fluidum.*
 Hoc a priori concludi potest ex theoremate IV, quia in corpore solido motus intestinus particularum salva soliditate in possibilis est. Soliditatis enim vel firmitatis natura consistit in quieta continuitate particularum. Eadem vero haec thesis per experientiam confirmatur amplissime quapropter eo magis est certa. Inponatur cuti uti siccæ frustulum siccum lapidis infernalis id ibi per horas sine ullo effectu jacebit, & jacere posset per annos; quam primum autem sudor vel aliis qualque humor lupidem infernalem resolvit & in statum fluidum consertit, ex templo ille cutim adgrediens maculam facit primo flavam, dein fuscam & nigram, tum altius penetrans eredit in ea parte profundum sinum. *Corpus igneum siccum* non laedit manum, sed sola atmosphæra ignea fluida quæ illud ambit, nam notum est quod alienum aqua ferventissima plenum possit innoxie manibus imponi quamdiu fervor aquæ durat, quia tum atmosphæra ignea semper superiora petit, & a manu ausfugit. Ita sal quodlibet siccum linguæ siccæ, nec a saliva madenti impossitum, nullum ei imprimit saporis sensum, si vero idem sal in aqua vel saliva fuerit solutum tum demum suum edit effectum. De saporibus jam ARISTOTELES observavit illos non excitari nisi a liquido, apudque veteres non minus quam recentiores in physiologicis

gicis institutionibus semper est repetitum vid. BOERHAV.
 §. 489. Huic quod mirum, notissima & indubitate observatiōni, ut spiculis suis salinis patrocinium acquireret, ex solae hypothēses amore non erubuit contradicere BELLINVS tract. de guſt. organ. p. 70. atque tamen, veritate coactus id iterum affirmat in eodem libro paulo post p. 92. ideoque sibi ipsi in phænomenis contradicit, quod non bonæ cauſæ, est ſignum.

§. XX.

Theorema VI. *Acria non in poros agunt fibrarum animalium sed in earum ſubſtantiam.* Hoc eft, acria non modo dividunt fibras animalium, ſed eas, ſi modo ſatis diu applicantur, exedunt, conſumunt, ſolvunt, deſtruunt ſubſtantiam, materiam ſcilicet & formam earum mutant, ut non amplius maneant animalis materies, ſed in alia corporum genera abeant. Quare eroſio eft plane alia ſpecies ſolutionis continuu quam ea qua per cuneum aut ſpiculum fieri potest, qua scilicet in ſola vulneratione aut divisione, ſine ſubſtantia deperditione conſiftit. Nam ſi carnem cultro diuido, tam en utraque pars diuifa manet caro. Id eft culter ſolutionem continuu in carne quidem, ſed nullam diſſolutionem mixtionis elementorum materialium facit. Etiam acus nervo infixa hujus ſubſtantiam minime mutat, etſi alteret motum. *Acre* vero non diuidit ſolum, ſed ſubſtantiam & mixtionem animalis materiæ deſtruit. Ita Ignis carnibus & pelibus vivis aut mortuis applicatus, ex hiſ primo carbonem,

D

dein



dein sal volatile & oleum empyreumaticum facit, quod a nullo cultro vel cuneo, vel aculeo fieri potest, sed motum intestinum particularum carnis requirit, quum sal volatile non ex carne minutim consicssa, sed ex carne plane mutata oriatur. Etiam oleum vitrioli facit nigrum cito ex carnibus carbonem, quem dein solvit in tabum; *Lapis infernalis* non dividit carnes, sed erodit, in Sphaeculum mutat. *Omnia purgantia draistica* putrefaciunt non humores modo, in primis bilem, sed etiam solidas intestinorum membranas. *Acre alcalicum* si satis vehemens est, in putruginem humidam resolvit plerasque animalium partes. *Acre acidum*, si forte mitius est quam ut carbonem ex carne facere possit, tamen lata ulcera excitat, solidasque partes in saniem ichorosam convertit. Et est in genere haec eroſio varia non modo pro acrimoniae diversitate, sed etiam pro diversa reactione viscerum & vasorum, quare unum acre nunc citius, nunc plus, nunc hanc, aliud acre tardius & minus & illam partem erodit.

Frustra igitur supponunt Cartesiani quod acria in poros partium penetrant, ideoque ob diversitatem actionis plurimum figurarum poros fruſtra fingunt. Nam praeterea quod multa alia contra inertem eam pororum fictionem dici possunt, hoc solum sufficit quod acria non in poros, sed in substantiam ipsam agant. Hoc theorema posthac per nonnulla exempla clarius fiet.

§. XXI.

§. XXI.

Theorema VII. non sola salia sunt acria. Hoc edixit olim HIPPOCRATES, acria esse non modo falsum & acidum, sed & amarum & alia sexcenta. Contradixere HELMONTIVS, TACHENIVS, SYLVIUS & eorum discipuli. SYLVIUS tamen vir omnino prudens, et si duas in primis acredinis species, acidam & alcalinam stabilire in praxi medica conatus sit, tamen hinc inde agnoscit has binas species non sufficere, sed igneum acrimoniam debere adjungi, v. gr. in *disp. VIII. de vasis lymphatis*. & *lympba* §. 46. operum ejus pag. 40. BOERHAVIVS autem SYLVIANÆ hujus doctrinæ propagator firmis argumentis stabilivit plura dari acria quam salia, nempe haberi acre etiam oleosum & aromaticum & saponaceum & compositum. Et recte. Quis est enim qui neget ignis acredinem, quando puri solis radii per lentem vitream majorem colliguntur in foco, momentoque citius destruant animales partes, quum nemo tamen dicat ignem & radios solares esse sal. Scio GLAVBERVM statuisse ad flammarum semper sal acidum requiri, sed nunquam asseruit id quod in flamma igneum est, esse sal acidum. Spiritus vini vere alcoholisatus, acer profecto liquor anne est sal? quis est enim qui credit Cel. TEICHMEYERO quando in instit. *clem.* ex frivilis rationibus concludit spiritum vini esse sal medium? olea etiam ætherea dicta therebintinae, caryophyllorum, & olea empyreumatica non possunt salia vocari, quia ardent & in aqua non dissolvuntur. Imo asseruit per ill. HALLERVIS in experimentis de *irritabilitate*, quod aqua simplex frigida nudis

D 2

nervis

nervis applicata sit acris, quod etiam quilibet experiri potest qui aquam frigidam in naribus attrahit nudisque papillae primi nervorum paris applicat; quis est autem qui aquam sine manifesta rerum confusione pro sale venditare queat? ad minimum eadem aqua, sed fervens sive per ignem in intestinum excitata motum, accerrima evadit, nec tamen est qui asserat particulas aquae ferventis esse salinas factas, potius aqua fervida non differt a frigida nisi per intestinum particularum motum ex adventu partium ignearum orientem, sine ullo salis concursu.

§. XXII.

Theorema VIII. Ergo dantur acria quædam, quorum particulae minime figuram cunei aut aculei non habent. Nam et si tota illa disputatio quam auctores de minimarum particularum vel atomorum figura instituunt hactenus maximam partem inutilis sit, quia neque a priori neque a posteriori in eas minutias ingredi sensui & ingenio humano licuit, & super ejusmodi commentis male fundantur hypotheses; tamen si vel maxime concesserim, ex effectibus corporum ad figuram minimarum ejus particularum aliquid concludi posse; Certe ignis aqua & oleum tales effectus edunt, ut nemini mortalium adhuc in mentem vnerit, earum minimis particulis figuram cunei aut aculei adscribere. Quum igitur ignis, aqua, oleum acria sint, vel in certis circumstantiis esse possint, manifestum est, non omnibus acribus figuram cunei posse adscribi.

§. XXIII.

§. XXIII.

Theorema IX. *Ex figura crystallorum salinarum non concludi potest, quod earum particulae minimae sint acuminatae aut habeant figuram cunei vel aculei.* Hoc theoremate omnis demonstratio Belliniana & Leuwenhoeckiana de causa acredinis salium tota prosternitur. Scilicet BELLINVS & LEUWENHOECK, (etiam ipse passim CARTESIVS) concluserunt, quia salia si in massis maiores concrescunt, crystallos constantis & regularis semper figuræ formant, inde sequi, quod etiam minimæ particulae salium eandem figuram habeant, quam in massis majoribus crystallisatis ostendunt. Hæc conclusio primo adspectu facile blanditur incautis quia aliquid mathematicæ demonstrationis subesse videtur, quare toties repetita est ab omnibus fere & recentissimis etiam scriptoribus physicis. At recte pensitanti appareat hanc conclusiōnem duci ex præmissis meritis particularibus ideoque nullius esse effectus. Nam ut concedo in quibusdam corporibus id contingere, v. gr. ut ex multis parvis cubis vel parallelopipedis apte ordinatis possit confici cubus magnus vel parallelopipedum magnum, tamen in aliis corporibus tam regularibus quam irregularibus id miniime verum aut possibile est. Quis mathematicus dicere potest icosaedron constare ex parvis icosaedris, quum ex vigenti tetraedris manifeste sit exstructum? Quis unquam dixit sphæram solidam ex parvis sphæris solidis constare, quæ mathematice loquendo ex meritis pyramidibus hexagonis basi convexa quarum apices in centro concurrunt, componitur. Crystallus nitri manifeste

D 3

con-

constat ex tribus partibus, una media quæ est prisma, & binis extremitatibus quæ sunt pyramides obliquæ, igitur ex doctrina Bellini sequitur in nitro duplices esse particulas minimas, prismaticas quæ omnes in medio crystalli congregantur, & pyramidales quæ utrumque finem occupant. At vero certissimum est portiunculam nitri quæ ex medio crystalli nitrofi corpore desumitur eadem in omnibus naturam habere cum portiuncula nitri ab extremitatibus effracti. Quare duplices in nitro particulæ minimæ non sunt & tota Bellini mathesis hic patitur eclipsin. Ac sic de multis aliis, quæ brevitati studens omitto: nam est idem ac si quis diceret invictam Alexandri macedonis phalangem ex parvis debuisse coactam esse phalangibus, quæ tamen ex militibus nil minus quam cunei figuram habentibus congregabatur. Non enim figura militum sed modus determinatus secundum cuius leges & ordinem sibi milites sociantur, phalangem facit. Ita & in salibus non figura partium sed ordo attractionis crystallum facit. *Aqua* enim frigida particulas cuspidatas non habet, consentientibus Cartesianis, tamen si per frigus in glaciem abit, primo *cuspides* format oblongas, in altero fine acutas, quasi pyramidales, id est, convertitur in crystalli speciem, sed exinde nemo concludit aquæ particulas minimas similem obtinere figuram. Neque *amalgama argenti excrescens* in arborem Dianæ suspicionem movet particulas minimas argenti habere figuram arbusculorum.

Theorema X. Quare etiam a credo salium minime proportionata est acutie angulorum qui in crystallis observantur. Demonstrant mechanici quod cuneus ad findendum & dissolvendum eo aptior sit quo acutior est, i. e. inter quo minores angulos latera ejus continentur. **CARTESIUS** igitur ejusque sectatores in primis autem **BELLINVS** hanc thesin mathematicam sibi erogantes audacter affirmarunt quod etiam in salibus acribus eadem ratio obtineret, quod scilicet ea salia quorum crystalluli acutiores angulos haberent, sint acriora quam ea quorum crystalluli angulis obtusioribus continentur. Est audax illud assertum sed falsissimum, & contra omnis observationis fidem. Nam ut paucula modo adferam, notum est quod sal alkali fixum, purum, nullas formet crystallos, sed in glebas irregularis figuræ concrescat, & ipsi Cartesiani (v. gr. **WILLISIUS**, **LEMERY** in cursu chemico) propterea sali alcalico figuram cuspidatam ita non adhingunt ut potius ejus particulas minimas cum vaginis obtusis comparent, in quibus spicula acida recondi queunt. Ergo sal alkali ex spiculis non constat, atque tamen acerrimum est. Imo acrius multo est idem sal alkali si per terreas particulas calcis vivæ fuerit exaltatum, quum in particulis terreis nemo spicula præsumat. E contra omnium salium hactenus notorum unum sal ammoniacum facit crystallos longissimas, tenues & valde acuminatas, unde sequeretur sal ammoniacum omnium salium acerrimum esse, quod tamen a veritate ita abhorret, ut

poti-

potius sal ammoniacum, naturali nostro sali analogum, plane nihil erodat si per se solum & sine mixtione cum aliis applicatur, imo materiam animalem ab erosione præservet, ut mos balsamandi CLAVDERIANA, & praxis medica in curando sphacelo docet. Nec obstat quod in lingua humana sal ammoniacum satis acrem exciter saporem nam id a sola tenuitate partium suarum, qua præ multis aliis salium generibus eminet, & per epidermidem facilis ad papillas nerveas transit, & quia in saliva oris tam celeriter liqueficit, exoritur. Post sal ammoniacum sequitur nitrum cuius crystalli aliquot angulos habent satis acutos, quum tameq; nitrum vix ullam possideat acredinem & inter antacria certo respectu referri queat. Proposuit quidem nuper Cel. GORTERV^s acrimoniam nitrosam, eamque in corporis humani iis locis hærere autumavit in quibus perpetuus frigoris sensus est, qualis in rheumatis mis frigidis dictis & in cedemate contingit, nam nemini ignotum est nitrum eo ipso temporis momento quo in aqua dissolvitur, refrigerare. At vero Cel. GORTERV^s in statuenda acrimonia peculiari nitrosa minus forsitan præceps fuisset, si cogitasset in iis locis ubi diuturnus ille frigoris sensus observatur, semper aliquem nervorum stuporem conjungi, ex quo stupore sensus frigoris facilis quam ex acrimonia explicatur, si quidem cum tali sensu frigoris, nunquam erosio combinetur, & præterea refrigerium nitri tantum momentaneum esse nec per menses aut annos durare, quamprimum enim nitri solutio definit id cum ambientibus eundem caloris gradum

gradum assunit, unde refrigerii sensus diurnus & per annos constans a nitrofis particulis ad partem eam allatis oriri non potest. Quare acrimonia nitrosa, quum ex solo inge-
nio sit excogitata, nec practicum habeat fundamentum, mihi videtur esse ens rationis. Porro consideramus sal com-
mune muriaticum cuius crystalli cubicæ sunt, id est, quo-
rum anguli sunt recti. Cuneus autem cuius anguli sunt recti parvam in findendo vim habet, ut ex geometricis facile de-
monstratur, ideoque sal commune paucam ex **CARTESIANO-**
RVM & ex **BELLINI** placitis vim & multo minorem acrimo-
niā habere debet, quum tamen experientia sal commune
ut valde acre monstret, ut phænomena carnis mortuæ in
muria detentæ, & scorbuti muriatici in carnibus viventibus
extra dubitationem ponunt. Ulterius progreendiō si con-
sideramus alumem & sacharum & sal polychrestum saignettia-
num, horum crystalli fere similes sunt quoad figuram, effe-
ctus tamen erosionis maxime differt. Atque si placet ad
metallicas crystallos attendere, certe spicula salina **mercurii**
dulcis sunt multo tenniora quam crystalli mercurii per spi-
ritum nitri factæ, quum illæ vix acres, hæ acerimæ exi-
stant. Atque **Turbitis mineralis** id est mercurius in oleo vitrioli
corrosus ne crystallos quidem format, sed pulverem infor-
mem constituit, ac tamen acrior hic pulvis est quam mer-
curii dulcis acuta spicula. Ex quibus & pluribus exemplis
constat regulam Cartesianoꝝ de gradu acridinis ex acutie
angulorum crystalli dijudicando non esse adæquatam. Nam
enīgma

et si concedam quod nonnulla salia metallicae, v. gr. mercurius sublimatus tenues crystallos formant & quasi aculeatos, tamen eorum acredo propter instantias a me nunc allatas ex hac figura sola minime deduci debet, quia in reliquis salibus non sequitur proportionem tenuitatis angulorum.

oup. Arch. Ant. v. 11. §. 11. XXV. autem medicorum sunt
iher Theorema XI. *Acria eo minus agunt quo fortior est mo-*
tus progressivus fluidi in quo haerent & soluta sunt. Etiam hoc
theorema contrarium est hypothesis Cartesiana, secundum
quam acria spicula in poros vasorum per vim sanguinis agi-
tati infigi debent, ita ut globuli sanguinei se haberent instar
malleorum quibus acumina salina carnibus imprintuntur. At
vero nihil esse magis falsum continua experientia docet:
Nam non modo ex his que supra (§. 18.) sunt demonstrata se-
quuntur, acria non agere per vim exterius advenientem, sed
per vim insitam, quare motus globulorum sanguinis tan-
quam vis extra acre haerens, ad acridinis effectum per se ni-
hil contribuere potest, sed etiam practicæ medicorum obser-
vationes docent quod acre eo fortius agat quo magis qui-
escit, id est, quo magis extra circulum humorum in vasa late-
ralia deponitur. Nam ut carbo ignitus aut ferri carentis
frustulum si ex manu in matrum celeribus vicibus trajicitur,
ut moram sufficientem in uno loco non nanciscatur, vix ma-
trum ledit, ita constans phænomenon est, erosiones & dolores
qui ab acri (& non a solo sanguinis motu) sunt, noctu
exacerbari, scilicet noctu & in somno, quando serum a san-
guine

guine copiosus sedens in lateralia vasa intrat ibique tam
diu quiescit, donee novo accedente motu musculari iterum
deditatur in motum; quare dolores rheumatici, odontalgi-
ci, scorbutici, venerei, cariem ossis comitantes, arthritici
& similes plerunque noctu & in quiete ingravescunt, mo-
ti autem corporis & circulatione sanguinis vegetiori miti-
gantur. Ita opium est remedium palliativum fere omnis
acredinis, quia sanguinis circulum augendo secretionem acri-
um in vasa lateralia minus permittit, ut v. gr. in ulcere ma-
ligno, acri, sanioso, post opium exhibitum bonum pus ge-
neretur. Similiter acida primis viis illata vix nocent unquam
si motus peristalticus est bonus, quiescentibus autem & relaxa-
tis intestinis acerbis dolor & colica passio, & haemorrhoi-
dium erosiones & cholera contingunt. Et in genere erosio
nusquam fit nisi in vasis in quibus motus humorum progressi-
vus vel nullus est vel valde parvus, vel per vices interruptus.

S. XXVI.

Theorema XII. Spiculum vel cuneus vel quodlibet cor-
pus pyramidale in fluento natans nunquam cuspide sua sed basi
lati præcedit, nisi fluidi motus placidissimus versus unam sem-
per directionem fiat. Hoc theorema geometrice possem de-
monstrare, quia si vertex pyramidis præcedere debet, ne-
cessa est ut linea directionis in qua pyramis movetur sem-
per per verticem & simul per centrum gravitatis pyra-
midis eat; Quum igitur si fluentum ipsum non ubi vir-

muntur

E 2

ser-

servat eandem directionis lineam, necessario linea directio-
nis in pyramide hinc inde mutetur, hæc pyramis ob sub-
latum æquilibrium se vertet necessario, & latam basin præ-
mittet. Sufficiat autem omissa demonstratione ad solam pro-
vocare experientiam. Nam v. gr. navis aut cymba, quæ in
latere alterutero plana est, in altero autem in acumen abit;
si per se sola sine directore in flumine præsertim rapido aut
per curvaturas eunte, natat, semper latum basin habet ante-
riorem, quare nautæ non sine artificio & labore per remes
aut per temonem navem ita dirigere solent ut apex præcedat,
quamprimum laborem remittunt, navis sponte convertitur.
Nunc vero scimus certissime quod fluentum sanguinis mini-
me sit æquabile, sed omni momento directionem mutet,
non modo propter curvaturas & anfractus arteriarum, sed
etiam propter ramorum arteriosorum in omni loco exor-
tum. Quare possibile non est ut ullum spiculum in sanguine
sic moveatur ut apex vel cuspis præcedere & in carnes vel
membranas vasorum per ipsam vim liquidi moti intrare vel
infigi queat, sed semper lata basis præcedet, ideoque ex Car-
tesiana hypothesi acre esse non potest. Hoc theoremate igit-
ur confirmantur ultra quæ prioribus jam fuisse proposta,
scilicet quod acria non agant quatenus figuram spicularem
aut cunei formem habent.

§. XXVII.

Ex haec tenus propositis theorematibus, quæ super phæ-
nomenis ipsis fundantur, clare ergo sequitur acria in corpus
nostrum

nostrum non agere ut spicula vel cuneos. Et ex iisdem sententia **CARTESIANORVM** & demonstratio ejus quam **BOERHA-**
vio discipuli adscripserunt, facile refellitur. Nam in hac demonstratione ponitur:

1) Quod microscopia doceant acria ex plurimis stylis in acumen desinentibus componi; *Hoc ita se non habere demonstravimus theorem. V. VII. VIII. IX.*

2) Quod si tale spiculum infixum sit lateri alicujus vasculi, tota tunc vis influentis liquidi, quæ in varia lateris puncta agere solebat, jam in punctum illud determinetur in quo est acre. *Hoc autem est contra phænomena, nam acre in fibras non impellitur a causa externa, ergo nec a liquido influente per theor. IV. XI. XII. accedit quod propositio mathematice sit falsa, namque ut ex ipsa figura Boerhavii patet, impetus liquidi non in basin sed in alterutrum latus ejus cunei agit, ideoque eum cuneum non impellit in carnes, sed potius ex iis evellet. Cuneus enim, si insigi debet, necesse est ut impetus in basin cadat secundum directionem axeos cunei quod in hac Boerhavii suppositione est impossibile.*

3) Quod resistentia liquidi quod a parte anteriori spiculi hæret impediatur quo minus spiculum per humorem a tergo impellentem evelli queat.

Hac propositio a Boerhavio addita quia facile videbat cuneum vel spiculum, per humorem a tergo advenientem potius evelli ex fibris quam in eas impelli debere, quia directio motus non in basin sed in latus cunei agit. At vero hæc excusatio fru-

stantia est. Nam si vel maxime concederem sanguinem per arterias continuo motu fluentem aliquid restringere posse, (et si hæc restringere vix possibilis est) tamen per hanc reactionem directio conatus secundum axin cunei nullo modo obtinetur.

Reliqua ejus demonstrationis Boerhaaviae corollaria per se ipsa cadunt quia fundamenta eorum sive sublata.

§. XXVIII.

Potius ex omnibus hactenus dictis patet quod actio acrionum non ex mechanica cunei actione explicari debet, sed potius ex actione menstrui chemici, quippe quod eredit (theor. II. III.) & quidem spontaneo motu sine impulsu corporis externi (theorem. IV.) & semper fluidum est (theor. V.) nec in poros agit solos sed in substantiam plerumque, id est mutat materialem mixionem (theor. VI.) nec opus habet figura particularum cunei formi, sed solo intentio motu sufficienti (theor. VII. VIII. IX. X.) Quia de re actio acrionum in corpus humanum dependet a plane aliis causis quam a mechanicis hactenus notis.

T A N T U M.

THE-

THESES.

NOBISISSIMO DOCTISSIMO

I. **I.** Intermissa deligatio funiculi umbilicalis non est absolute lethalis.

II. **II.** Superficiatio est possibilis.

III. **III.** Non datur certum mortis signum, excepta putredine.

IV. **IV.** Anima in corpore nullam sedem fixam habet.

V. **V.** Aer materialis per pulmones cum sanguine miscetur.

VI. **VI.** Inter pleuram & pulmones naturaliter non datur aer.

VII. **VII.** Nervi non sunt elastici.

VIII. **VIII.** Sublata respiratione pulsus cordis tamen pos-
sibilis.

IX. **IX.** Plethora sola non est causa fluxus menstrui.

X. **X.** Salia alcalica profundunt sape in ipsis febribus in-
flammatoriis.

VIRO

VIR OT
NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
JOANNI FABRICIO,
MEVRSENSI,
MEDICINÆ CANDIDATO,
S. D. J. G. LEIDENFROST, M. D. & P. P. O.

Quam per aliquot annos eodem tecto fueris mecum usus,
ita Te cognovi ut nihil sit quod me remorari queat,
quo minus de studiis bene positis, honoribusque brevi capessendis
ex animo Tibi gratuler. Quam enim non modo ingenium &
animi veres Deus & natura Tibi alacres ac ad ediscendum aptas
concesserint, verum etiam diligentia penitus singularis accesser-
it, qua spretis omnibus juventutis illecebris, solum scopum ultim-
imum bene considerasti, noctesque diesque in litteris consum-
isti, ut non semel fuerim miratus, quomodo sine tædo aut las-
itudine in eodem opere tanta constantia progreedi potueris; in-
de factum est, ut super plures altos ingenui & judicii cultura
emineres, spemque faceres fore ut utilis aliquando civis, bo-
nusque Medicus Reipublicæ sis futurus.

Deum igitur optimum maximum veneror atque imploro
ut Tibi, vir nobilissime, quidquid animo & corpori Tuo salu-
tare fuerit, largiter impertiri, studiisque & conatibus Tuis bene-
dicere, patriamque Tuam, & amicos familiamque per Te
beare velit. Mibi autem nil erit neque gratius neque magis
justum, quam memoriam Tuam colere. Te desiderare, Tibi
bene cupere. Quemadmodum & ego Tuæ me commendô bene-
volentiae. Vale & fave Duisburgi prid. Calend. Sept.

M DCC LV

Erhabne



Ich habne Wissenschaft, nie gung gepriesnes Gut,
 Auf die das wahre Glück des weisen Manns beruht;
 O wie belohnt du die, die deinen Glanz verehren,
 Die ihres Geistes Kraft durch dich erhöhn, vermehren,
 Die sich durch sieben Fleiß, und eifiges Bemühn,
 Zu deiner Höhe hinauf, vom Schwarm des Pöbels ziehn!
 Du bleibst dem getreu, der dir sich hat ergeben,
 Du weist selbst nach dem Tod Verdienste zu erheben.
 Dies sah, Geehrter Freund! Dein Geist schon längsten ein,
 Drum reizte Dich der Trier, durch sie beglückt zu seyn.
 Dich ekelte mit Recht die tolle Lust der Thoren,
 Du hastest Dir zur Lust die Wissenschaft erkoren,
 Und heut belohnt sie Dir, o glücklicher Verdienst!
 Den angewandten Fleiß mit reichlichem Gewinnst.
 Mir deutet, Dir windet schon die holde Medithrine,
 Apollon steht bereit auf der erhabnen Bühne,
 Er ruft Dich zu, und spricht: Du hast mit frohen Muth
 Die Wissenschaft verehrt; drum schenk ich Dir den Huth,
 Den Preis, den man erhält nach der vollbrachten Mühe,
 Und ich wünsch mit Apoll: geh, wachse, grüne, blühe!

Hiermit hat seinem geehrtesten Freunde sein
 einen ergebensten Glückwunsch abstatzen
 wollen,

C. W. R. SCHOLTEN,
 M. C. Meursensis, Opponens,

F

Wer

Wer sein Vergnügen hat in Büchern stets gesuchet,
 Wer Fleiß und Tugend sich zur Richt-Schnur vorgesetzt,
 Dabei den Müßiggang zu jeder Zeit verfluchtet,
 Der wird auch dermahlens mit Lust und Ehr ergezt,
 Dass dieses richtig sey; dies zeiget uns noch heute,
 Mein werthgeschätzten Freund, Dein holdes Beispiel an.
 Dir wird nach steten Fleiß in Beyseyn vieler Leute
 Der Doctor-Huth gereicht, der Mantel umgethan.
 Der Himmel schenke Dir nur ferner seinen Segen,
 Dir stehe seinen Huld zu jeden Zeiten bey,
 Dich führe Gottes Hand auf Ehr- und Glückes-Wegen
 Leb wohl, so lang Du lebst, von Unglücks-Fässen frey.

Dieses hat dem Herrn Doctorando gratulirend hinzugesetzt wollen.

J. R. ESSEN, Meurs. J. C.

Wer Weise liebt die Wissenschaften,
 Sein Geist kan nicht an Dinge hafteten,
 Die einen Thoren nehmen ein,
 Er sucht vielmehr sich zu ergezen
 An solcher Lust an solchen Schätzen,
 Die ihm nicht können schädlich seyn.

T

Und

Und, o! wer lobet nicht hierinnen
Mein Freund! Dein edeles Beginnen?
Wovon sich heut die Probe zeigt,
Dram fahre fort, bis Dir zum Lohn,
Die wohl-verdiente Lorbeer-Krone
Von dem Apoll wird bargereicht.

Dieses septe seinem Hochgeehrtesten Hrn.
Contubernalem mit aufrichtigen Herze

J. W. HENCKE, M. C.
Vesaliensis. Opponens.

Wann Dich der Huth schon längst gezieret,
Den die Geburt Dir selber gab,
Dir, dem die Freyheit recht gebühret,
Dem nichts am Stamm-Baum gehet ab,
So wird der Huth der Doctor Würde
Verlassen alle Last und Würde.

Ein Schicksal, das Dir war geneiget,
Gab jenen auch, wie vielen, Dir.
Doch weil Du selbst Verdienst gezeigt
Erwirbst Du diesen jetzt zur Zier.
Du dienst dem menschlichen Geschlechte
So krönt er Dich mit mehrem Rechte.

Dieses hat dem Herren Doctorando als
seinem Hochwerhesten Freund gratulie-
rend hinzufügen wollen

JOH. HEN. MISCHE, SS. Th. Cult.
Meursianus.

Geehrt: gelehrter Freund, Dein eifiges Bemühen
Nach edler Wissenschaft hat Dich geschickt gemacht;
Und Dein verdientes Glück fängt heut schon an zu blühen
Da Dir das Musen-Chor glückwünschend zugelacht;
Sygaa würdiget vor ihren andern Söhnen
An diesem frohen Fest als Doctor Dich zu krönen.
Was lässt dieser Tag uns hoffen fernerhin?
Bleib munter und gesund! das andre wird Dein Sinn,
Der wahre Tugend kennt, der Ehre liebt, schon wissen;
Kunst, Schicksal, Ruhm und Freud muss Dich als Liebling, küssen.

Hiermit hat bey Erlangung des Doctor-Hu-
tes seinem Herrn Landes-Mann Glück
wünschen wollen,

Bernhard Henrich Witfelt,
SS. Th. Cultor, Meursanus.



JOH. HENR. MISCHE, SS. TH. CULTOR,
Meursanus.

01 A 6515

ULB Halle
002 932 091

3



WPA

635



24.

***DISSE*R*TAT*IO
IN AVGVRALIS MEDICA
DE
ACTIONE ACREDINIS
IN CORPVS HUMANVM**

QVA
SIMVL HYPOTHESIS CARTESIANA
REFELLITVR.

QVAM
SVMMO FAVENTE NVMINE EOQVE SOLO
PRÆSIDE
EX
DECRETO EXCELLENTISSIMÆ
FACVLTATIS MEDICÆ
IN CELEBERRIMA REGIA
QVÆ DVISBVRGI CLIVORVM FLORET
ACADEMIA
PRO GRADV DOCTORATVS

SVMMISQUE
IN ARTE MEDICA HONORIBVS IMMVNITATIBVS
AC PRIVILEGIIS RITE AC LEGITIME
IMPETRANDIS
PVBLICÆ AC SOLENNI ERVDITORVM
VENTILATIONI
SVBMITIT

JOANNES FABRICIUS
MEURSENSIS
AD DIEM II. SEPT. M DCC LV. H. L. Q. S.

DVISBVRGI ad RHENVM Typis JOH. SEBAST. STRAVBE, Acad. Typogr.